Al entrar uno por su propia voluntad en contemplación, libremente se eleva hacia Dios con el pensamiento que pone en El, y de este pensar en Dios y conocerle, se enciende en la voluntad el amor. De este amor, por la simpatía natural entre las potencias, nace el centrarse más en Dios el entendimiento (no porque pretenda directamente acrecentar la tensión del entendimiento, sino por la atracción que sobre la inteligencia ejerce el ser amado y el amor de la voluntad, que, sin fijarse expresamente en tal efecto, lo causa e implícitamente lo quiere). Cuanto más se va así embelesando el entendimiento, más se va también enardeciendo la voluntad, que, libre y deliberadamente, se complace más cada vez en el amado. De esta suerte, excitándose y cebándose mutuamente estas potencias, puede subir tan de punto la atención del entendimiento, que arrastre con tensión correspondiente la imaginativa y ésta, agotando en su propia labor todas las energías sensoras, cause la enajenación de los sentidos exteriores⁵⁹.

Así vienen a quedar en acción solamente el entendimiento con la imaginativa, la voluntad con el apetito sensitivo y

⁵⁸ Quien desee ver más despacio todavía esta cuestión en Suárez, que vea 19, 7, 8, 9, 10 y 20, 10, 11 y 12.

⁵⁹ 19, 26.

destituídos de vigor para obrar los sentidos exteriores, que, lejos de favorecer, entorpecerían la fijeza de las potencias superiores ⁶⁰.

Ya copiamos antes la preparación previa que exige, pero bueno será repetirla aquí, para que sea más fácil confrontar luego el esquema del proceso en el éxtasis meramente natural y especulativo. Dice, pues, para la sobrenatural, poco después de lo recién traducido ⁶¹: "Existimo tamen nunquam perveniri ad tam perfectam mentis attentionem in his actibus supernaturalibus, sine multis gratiis et illustrationibus praevenientibus; quibus positis, necessitate quadam, intellectus tam vehementer rapitur; neque fortasse sine illius posset tam intense applicari, etiam cum ordinario gratiae concursu: quia revera hic modus operandi, valde elevatus est et supra vires hominis in corpore mortali" ⁶².

Traslademos ahora el proceso que, entreverado con discusiones, nos da para el éxtasis natural y meramente especulativo: "Unde etiam in hoc genere attentionis, verisimilius credo non esse in potestate voluntatis nostrae et (ut ita dicam) in actu signato, applicare animam, ut tam vehementer interius attendat, quod se abstrahat omnino ab externis sensibus, nam hic modus motionis videtur tam violentus, ut non sit in potestate directa voluntatis. Nihilominus credo illud genus naturalis raptus multum posse dependere ex dispositione phantasiae et ex consuetudine ac delectatione quam usitata speculationis secum affert. Et ideo fortasse interdum potest esse talis dispositio phantasiae, tantaque consuetudo cum delectatione adjuncta, ut, eo ipso quod voluntarie applicatur ad considerandum vel meditandum, ab ipsis objectis vehementer feratur et procedat usque ad extasim. Quo circa, si interdum hoc naturaliter fit, magis credo incipere a phantasia et a magna applicatione ejus, concurrente humore aliquo tenaci et forti, ut solet esse melancholia, quam a superiore applicatione intellectus" ⁶³.

Comparando ambos esquemas, se cogen fácilmente las coincidencias del proceso desde sus antecedentes previos. Tampoco son difíciles las diferencias: El punto inmediato de arranque está, para el sobrenatural, en el entendimiento; para el natural, en la imaginativa: la causa extrínseca que obliga a fijarse con tanta vehemencia la atención es en el sobrena-

⁶⁰ 19, 24.

⁶¹ 19, 24 al fin.

⁶² 19, 26 al fin.

⁶³ 19, 30 desde el segundo tercio.

tural, Dios, y por beneficio especial⁶⁴ y obrando sobre el entendimiento⁶⁵; en el éxtasis natural, la causa extrínseca es algún humor fuerte y tenaz, al estilo de la melancolía, y obrando sobre la imaginativa. Esto en cuanto al modo del proceso, porque media además la diferencia fundamental de la gracia en el sobrenatural, como ya se entiende y lo recuerda no pocas veces en esta materia Suárez. Finalmente, notaremos otra diferencia, que se sigue de las anteriores: no puede haber simultáneamente sueño natural y éxtasis natural⁶⁶; pero puede haber éxtasis sobrenatural a pesar del sueño natural⁶⁷.

VIII. *Realidad y posibilidad del éxtasis natural.*

Dimos antes un toque de atención sobre las vacilaciones de Suárez y la lucha que en su inteligencia se traba entre razones opuestas y cada una de por sí, al parecer, indudables. La mejor sazón para tratar a fondo las causas de sus incertidumbres es ahora al estudiar, tan al final casi como lo hace Suárez mismo, el punto crucial de la existencia y posibilidad del éxtasis natural.

En definitiva, según Suárez, ¿existe el éxtasis natural o no existe?, ¿es o no es posible? Porque hasta ahora nos ha ido dando los elementos del éxtasis natural, pero pendientes siempre de una suposición, de que pueda darse: "Veruntamen hae rationes solum probant consecutionem illam esse naturalem ex hypothesi quod anima applicet totam suam vim ad internam considerationem". Esa hipótesis nos la ha ido dejando en suspenso: "An vero possit ipsa, sola sua virtute naturali, vehementer applicare attentionem suam internam, non constat. De hoc vero dicam infra"⁶⁸.

Y de esta resolución nos tiene pendientes, mientras va desarrollando en hipótesis los varios puntos del éxtasis natural; hasta que, al rematar el c. 19, aborda definitivamente el fondo del problema.

Pero si antes ha rehuído clavar el filo de la inteligencia en la raíz misma de la cuestión, sí nos ha presentado repetidas veces las fuerzas que combaten en su mente y nos ha dado resoluciones parciales, que fueran preparando la definitiva y total. Resumiremos ahora las antes ya suficientemente acla-

64 19, 25 al fin y 24.

65 19, 24.

66 19, 21, 22; 20, 4.

67 19, 16-19; 20, 1.

68 16, 6 al fin.

radas en nuestro artículo y daremos más completas las todavía no tocadas por nosotros.

¿Cuáles son esas razones antagónicas?

1.^a *Lo limitado y agotable de las fuerzas anímicas y orgánicas, especialmente en la atención y en la energía sensoradora.*

No se cansa Suárez de recordarlo y aplicarlo en toda ocasión; y ya hemos visto cómo nos ha ido señalando las condiciones legítimas de su manejo dialéctico, basado en la experiencia y en la naturaleza de las fuerzas empleadas. A eso venía la discriminación de las energías obradoras en la visión facial, en la contemplación con especies *per se* infusas y en la contemplación hecha al modo natural, fuera ésta íntimamente sobrenatural o fuera totalmente natural; para esto eran las distinciones entre actividades unidas entre sí por lazos naturalmente irrompibles (entendimiento e imaginativa, voluntad y apetito sensitivo, imaginativa y apetito sensitivo), y las naturalmente separables (sentidos exteriores e imaginativa, apetito sensitivo y sentidos exteriores); a lo mismo tendían las diferencias entre operaciones que se ayudan mutuamente (concentración mental e intensidad de fijeza imaginativa), las que mutuamente se estorban (concentración mental y dispersión por las sensaciones externas) y las que, según los casos, ya favorecen, ya empecen (movimientos exteriores, empalmado o divergiendo del foco central contemplador), y hasta la gradazón en sus mutuas liazones (tensión mental y funciones vegetativas).

Conclusión: ¿A qué induce esta limitación de fuerzas, tan finamente distinguidas y matizadas en sí mismas y en sus relaciones?— A la absorción de las fuerzas todas de atención y sensación en la contemplación interior y a la impotencia de la sensación exterior simultánea, o sea al éxtasis natural, cuya posibilidad y existencia buscamos.

Mas al llegar por este lado a nuestra conclusión, surge por otra parte la duda, y ya vimos con qué relieve nos la propone Suárez.

2.^a *Lo limitado del poder que ejerce la voluntad sobre las fuerzas anímicas, y especialmente sobre la atención, la fantasía, las llamadas a fuera desde las puertas de los sentidos exteriores.*

¿Puede la voluntad concentrar a su arbitrio todas las energías en la contemplación interior? Mirada en teoría la cues-

tión, con franqueza y humildad de sabio verdadero, nos confiesa Suárez que él no lo ve claro: "Sed mihi incertum est quantum extendatur virtus naturae et voluntatis vel appetitus applicantis intellectum aut phantasiam ad attendendum"⁶⁹.

¿Y qué le pone en esta incertidumbre? Teóricamente dos elementos se entrecruzan en la mente del Doctor Eximio. Por un lado, nos lo ha dicho más de una vez antes, es muy violenta esta manera de concentración que exige el éxtasis, para ser natural semejante aplicación de la atención, agotadora de las energías sensoras⁷⁰, sobre todo para hacerla a placer, y sin que el mismo empeño de conseguirla no estorbe la concentración que se intenta: por eso le vimos ya antes negar este poder inmediato y directo a la voluntad.

Por otro lado, aunque sea difícil, violenta, tanta concentración mental, no es claro que no sea en sí misma posible: "Nam stando in vi rationis, non video repugnantiam, cur haec tanta applicatio non possit naturaliter fieri ad attentionem contentam intra naturae ordinem, ut, verbi gratia, ad speculanda mathematica attentissime"⁷¹.

Cuando el discurso abstracto, aun fundamentado primordialmente en la observación, nos esconde entre cendales la luz, no queda sino tornar una y otra vez a la experiencia. Eso hace Suárez, que pertenece a la raza de metafísicos iniciada por Aristóteles y perpetuada en los mejores escolásticos hasta nuestros días, raza de metafísicos ávidos de experiencia, en quienes van parejas la especulación teórica y la mirada atenta a la realidad: fueron ellos antaño observadores, porque no contaban con los medios de que disponen hoy día las ciencias de experimentación; hoy serían metafísicos, observadores y experimentadores; harían con los métodos y frutos de la ciencia moderna lo que hacían con la ciencia de su tiempo. En estas dudas acerca del éxtasis natural, consulta Suárez la experiencia, la propia y la ajena, la anterior y la contemporánea, la natural y la sobrenatural. ¿Qué le dice esa experiencia?

3.^a Datos a primera vista contradictorios en la experiencia.

La experiencia en la contemplación sobrenatural, pero llevada por la gracia con procesos y modos naturales, le ofrece tantos casos de éxtasis que le parece obvio tenerlos por naturales y no milagrosos: "Favet etiam experientia, quae est tam frequens ut indicet esse connaturalem effectum et non

⁶⁹ 19, 30 al principio.

⁷⁰ 19, 24, etc.

⁷¹ 19, 30 casi al principio.

miraçulosum; quia non sunt multiplicanda miracula sine necessitate" 72.

La historia le narra casos de éxtasis, completos unos, casi completos otros, y no debidos a la gracia sobrenatural 73. Antesos ejemplos profanos de arrobamiento, bien sabe Suárez que unos los dan por enteramente naturales, otros por completamente diabólicos: él, por su parte, deja su interrogante sobre algunos ejemplos antiguos con un discreto "ferunt", y cuanto a la interpretación de los reales, dice muy prudentemente: "Haec autem, nec divinae gratiae supernaturali cum fundamento attribuire possumus, nec facile sunt daemonis operationi adscribenda: quia, licet non sit dubium quin possit daemon hoc modo ligare sensus...; tamen, ubi non apparent signa vel effectus operationis daemonis, non oportet illi talem effectum semper adscribere" 74. Desde luego, el caso del presbítero de Guelma, Restituto, referido con abundancia de pormenores por S. Agustín 75 y aducido por el Santo sin el menor reproche para Restituto y como ejemplo del imperio de la voluntad sobre el cuerpo, resiste bien la crítica y da un modelo de éxtasis natural y casi total, repetido muchas veces, ante muchos testigos, a voluntad, aun sólo por complacer a curiosos de verlo por sí mismos: con la imitación de unos lamentos, se arrobaba hasta quedar como muerto, sin movimiento alguno, ni las quemaduras del fuego sentía durante su enajenamiento: únicamente si le hablaban claro y cerca, percibía la voz como de lejos. Este ejemplo límite y los demás, que no rechazaba la crítica de su tiempo 76, impelían el juicio de Suárez en favor del éxtasis natural completo.

Pero enfrente se alza la experiencia propia y ajena de sus días: "Aliunde vero, consulendo experientiam, non video hoc esse in potestate mea, nec eorum cum quibus conversatus sum, etiamsi his speculationibus (de orden científico natural, como las matemáticas) sint satis assueti" 77.

Esta ausencia total de ejemplos contemporáneos o recientes, esta carencia de éxtasis científicos en gente bien avezada a

72 15, 5 al fin, pero véase todo el número 5.

73 15, 6; 19, 29.

74 15, 6 al medio.

75 14, *De Civitate Dei*, c. 24, n. 2: ML 41, 433.

76 La crítica de nuestros días se muestra tan crédula a veces para casos sumamente discutibles, como intransigente con otros que chocan con sus prejuicios doctrinales apriorísticos. No siempre está la razón con la crítica moderna, ni al rechazar los sobrenaturales de los Santos, ni al aceptar los naturales de Plotino.

77 19, 30 casi al principio.

engolfarse en especulaciones profundas y largas, en personas más dispuestas a elevarse por la paz y sosiego del espíritu, por el dominio de las pasiones, por el saboreo de la verdad; se ve la mella que hace en Suárez, por la frecuencia y convicción con que la invoca y el contraste de tanta impotencia para el éxtasis natural, junto a la frecuencia, complacientemente alegada, del éxtasis sobrenatural.

4.ª Sistema coordinador de Suárez.

En esta lid de razones, veamos la síntesis armonizadora ideada por Suárez. No hemos menester sino agrupar ordenadamente las proposiciones del Doctor Eximio, ya referidas con pormenor en nuestro artículo.

¿Se puede llegar sin milagro hasta el éxtasis? Sí, pues las energías anímicas, y más las sensoras, son limitadas. Según crece en intensidad la atención sobre un punto, se la ve decrecer hasta agotarse para los demás: al subir con vehemencia extraordinaria la concentración interior de la contemplación, se tienen que condensar todas las fuerzas sensoras en la imaginativa y dejar por fin impotentes para obrar a los sentidos exteriores. Esto dice *a priori* la razón y esto confirman algunos hechos de orden puramente natural y muchos ejemplos de éxtasis sobrenatural.

¿Está a nuestro albedrío la concentración mental enajenadora? No. Es demasiado violenta esa condensación de energías para tenerla directamente en nuestra mano. El mismo ahinco puesto para conseguirla sería contraproducente, porque desviaría la atención en vez de concentrarla. Con la razón teórica concuerdan los hechos; de otra suerte abundarían en toda época los éxtasis científicos en los grandes pensadores, y se cuentan con los dedos a través de la historia y no son todos los referidos tan creíbles.

¿Qué condiciones se requieren? Temperamento contemplativo⁷⁸, que en lo sobrenatural puede, pero no suele suplir la gracia. Preparación remota: a), *en lo sobrenatural* consiste en ilustraciones y mociones abundantes con que va disponiendo la gracia; b), *en lo meramente natural* ha de preceder el irse acostumbando con el uso frecuente de concentración mental intensa, con el sabor deleitoso e íntimo de la verdad regustada. Preparación próxima que sosiegue el ánimo, recoja los sentidos y centre la atención mental.

¿Cómo se acerca el éxtasis? En el sosiego, recogimiento y concentración dichos se van influyendo mutuamente entendi-

⁷⁸ 11, 9.

miento y voluntad, se van cebando en el objeto y arrastrando en pos de sí a la imaginativa y al apetito sensitivo; según va así creciendo la contemplación, va absorbiendo más cada vez en su favor exclusivo las energías sensoras y va gradualmente dejando con menos vigor a los sentidos exteriores hasta un límite variable según la intensidad del temperamento contemplativo, el hábito adquirido de contemplar, el atractivo mismo del objeto enajenador, la disposición del organismo y singularmente de la imaginativa.

¿Cómo llega finalmente el éxtasis? *El sobrenatural*, mediante una moción de la gracia, que es beneficio especial de Dios; *el natural*, por la fijeza que da a la imaginativa algún humor fuerte y tenaz al estilo de la melancolía.

Sólo así se logra (frecuentemente en lo sobrenatural, en lo natural muy raras y no seguras veces) poder tan soberano sobre todas las energías sensoras y concentración tan agotadora en favor de la imaginativa, arrastrada en pos de sí por el entendimiento embelesado con la idea contemplada.

IX. *Conclusión.*

Tal es, entretrejida con frases de Suárez mismo, su síntesis sobre el éxtasis natural. Hubiéramos cuajado de notas esta página si a cada idea la hubiéramos acotado con la cita de los pasajes en que la pone nuestro autor.

Sólo falta la nota definitiva. Esta síntesis armónica no la da Suárez ni por evidente ni por cierta. Precisamente en el punto en que se pone a redondear su teoría (c. 19, n.º 30) es donde van más enfiladas las frases de duda. Modestia de sabio y conciencia de las nieblas que envuelven a sus ojos la realidad íntima. Hoy es el día en que siguen las nieblas envolviendo al éxtasis natural y haciendo blanco de teorías diversas y divergentes al éxtasis sobrenatural.

Por no ser ahora nuestro fin sino meramente informativo, dar idea concreta, ordenada, breve y clara del pensamiento suareciano sobre el éxtasis natural, no alargamos más este artículo con la crítica de cada punto. Lo referente al enajenamiento de orden puramente natural, lo expondremos en otro trabajo sobre la mística natural, cuyas primicias ofrecimos en la ponencia de la VII Semana Española de Teología, celebrada en septiembre pasado. Lo tocante al éxtasis sobrenatural lo daremos en nuestro estudio de conjunto sobre la mística suareciana, del cual hemos desglosado ahora este artículo.

EUSEBIO HERNÁNDEZ, S. J.
 Profesor de Ascética y Mística en la
 Universidad Pontificia de Comillas

Notas, textos y comentarios

Un parecer inédito de Suárez sobre la doctrina agustiniana de la gracia eficaz

El P. Scorraille, en su Vida del P. Suárez (l. 3, c. 2) señaló, entre otros inéditos del Doctor Eximio, un parecer referente a la cuestión de la eficacia de la gracia, conservado en la Biblioteca de la Universidad de Granada.

Dicho documento se contiene en el códice cuya signatura actual es: Caja C 68, en los folios 457r-460r de la numeración moderna y 559r-562r de la antigua.

La autenticidad del escrito queda garantizada por una nota al margen, de letra de la época, en que se dice: *P. Franciscus Suárez*. Esta nota puede muy bien ser del P. Esteban de Hojeda, de quien parecen proceder la mayoría o tal vez la totalidad de los documentos que se incluyen en el manuscrito.

El parecer de Suárez es una respuesta al escrito de Clemente VIII leído después de su muerte en las Congregaciones de *Auxiliis* el día 14 de septiembre de 1605. Se sabe que Suárez estaba en Roma desde mediados del año anterior.

El escrito de Clemente VIII constaba de 15 proposiciones, en las que se pretendía resumir la doctrina de San Agustín sobre la gracia eficaz. Terminaba con la pregunta: *An ista sit doctrina S. Augustini in materia gratiae*. Y la firma: *Clemens Papa VIII, pro proxima Congregatione*. Puede verse en la Historia de la Compañía de Jesús en la Asistencia de España por el P. Astráin (IV, 364) el texto de las proposiciones mismas, que difiere sólo en detalles sin importancia del que nos da el escrito suareciano.

A cada una de esas proposiciones va añadiendo Suárez un ceñido comentario, para determinar si en realidad se trata de la doctrina de San Agustín, y cuál es su verdadero sentido en la pluma del Doctor de Hipona.

Se comprende que el interés del escrito es sobre todo histórico. No sólo ni principalmente por lo que se refiere a las célebres controversias romanas, sino por lo que puede servir para determinar el origen de determinadas páginas de Suárez en sus obras. Aparte de este interés histórico, no es

despreciable el interés doctrinal, sobre todo en alguna de las proposiciones.

Damos al lector el escrito de Suárez según el único manuscrito que hasta ahora conocemos.

[fol. 457r]

AN ISTA SIT DOCTRINA AUGUSTINI IN MATERIA GRATIAE

- 1.^a **propositio:** Datur duplex adiutorium gratiae divinae: aliud sine quo aliquid non fit, et aliud quo aliquid fit.

Verba sunt Augustini libro De Correptione et Gratia, c. 12¹: *ipsa adiutoria distinguenda sunt; aliud est adiutorium sine quo aliquid non fit, et aliud est adiutorium quo aliquid fit.* Quam propositionem late ibi explicat. Sensusque est: unum est adiutorium quo datur posse, aliud quo datur infallibiliter operari. Ita enim ipse exponit dum distinctionem applicat ad donum perseverantiae, quod datur praedestinatís; quibus *non tantum datur*, ait², *ut sine ipso dono perseverantes esse non possint, sed etiam ut per hoc donum non nisi perseverantes sint.* Primum enim adiutorium non includit auxilium cooperans, sed tantum praeveniens; secundum autem utrumque includit. Vel primum est tantum sufficiens, secundum etiam efficax. Et haec est mens Augustini³.

- 2.^a **propositio:** Datur et duplex gratia, operans scilicet et cooperans.

Est vulgaris divisio apud Augustinum, praesertim libro De Gratia et Libero arbitrio, c. 16 et 17⁴.

Nec solum habet certitudinem ex doctrina illius, sed maiorem ex Concilio Tridentino sessione VI, quod hanc duplicem gratiam vocat excitantem et adjuvantem, ut aperte constat ex capite 5 et sequentibus.

Unde non est de mente Augustini operantem gratiam esse distinctam ab excitante vel praeviente⁵. Nec Concilium has gratias, operantem et cooperantem, omisit; licet his nominibus non ita expresse usum fuerit. Dum autem ait capite 5 hominem a Deo vocatum et excitatum converti cooperando gratiae Dei, satis indicat gratiam etiam Dei cooperari homini, qui se convertit, et consequenter dari gratiam cooperantem; ad quam supponitur gratia operans, hominem excitans et praeveniens⁶.

1 De Correptione et Gratia, 12, 34 (ML 44, 936).

2 De Correptione et Gratia, 12, 34 (ML 44, 937).

3 Igualmente la explica SUÁREZ, De gratia, l. 4, c. 1, n. 2 y 14.

4 De Gratia et Libero arbitrio, 17, 33 (ML 44, 901): Quoniam ipse ut velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens... Ut ergo velimus, sine nobis operatur; cum autem volumus, et sic volumus ut faciamus, nobiscum cooperatur. Tamen sine illo, vel operante ut velimus, vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valeamus.

5 Largamente expone SUÁREZ esta doctrina agustiniana en De Gratia, l. 3, c. 21. Véase también allí mismo el capítulo 20, n. 3.

6 Véase la misma explicación en De Gratia, l. 3, c. 20, n. 5.

3.^a propositio: Gratia Dei est, quod quis habet suasores ad bona.

Non invenio illam sub his terminis apud Augustinum. Non est tamen dubium, quin sit sumpta ex doctrina eius.

Quamvis enim sola suasio exterior, quae per hominem fit, non sit sufficiens gratia ad operandum bonum (quod praecisse intendit Augustinus contra Pelagium, epistola 107⁷ et libro De Gratia Christi⁸ et saepe alias), nihilominus habere huiusmodi suasores inter beneficia et auxilia gratiae computandum est. Sic dixit Augustinus libro De Spiritu et Littera, c. 34⁹: *Visorum suasionibus agit Deus ut velimus et credamus, sive extrinsecus per evangelicam cohortationem, sive intrinsecus ubi nemo habet in potestate quid sibi veniat in mentem.* Suasio ergo haec ad gratiam vocationis pertinet.

Advertere autem oportet, hic esse sermonem de suasionibus ad bona opera pietatis, quae conferunt ad salutem animae etc. Nam si loquamur de bonis moralibus ac mere naturalibus, habere suasores talium bonorum per se non pertinet ad or [fol. 457v] dinem gratiae, de qua loquitur Augustinus, ut satis constat. Saepe autem hoc etiam provenit ex providentia supernaturali, atque adeo ex gratia.

4.^a propositio: Datur gratia efficax secundum Augustinum, immo efficacissima; nec tamen per eam laeditur libertas arbitrii humani.

Ita generatim, ut proponitur, certissima est, et frequens apud Augustinum.

Nam libro De Gratia et Libero arbitrio, c. 16¹⁰: *Ille, inquit, facit ut faciamus, tribuens vires efficacissimas voluntati.* Et de hac gratia efficaci dicit libro De Praedestinatione Sanctorum c. 8¹¹: *a nullo duro corde respuitur.* Et similia sunt frequentia¹².

⁷ Epistola 217 ad Vitalem (ML 33, 978).

⁸ De Gratia Christi e; de Peccato originali, c. 7s. (ML 44, 564s.).

⁹ De Spiritu et Littera, 34, 60 (ML 44, 240): Attendat et videat, non ideo tantum istarum voluntatem divino muneri tribuendam quia ex libero arbitrio est, quod nobis naturaliter concreatum est, verum etiam quod visorum suasionibus agit Deus ut velimus et ut credamus, sive extrinsecus per evangelicas exhortationes (ubi et mandata legis aliquid agunt, si ad hoc admoment hominem infirmitatis suae ut ad gratiam iustificantem credendo confugiat), sive intrinsecus, ubi nemo habet in potestate quid ei veniat in mentem, sed consentire vel dissentire propriae voluntatis est.

¹⁰ De Gratia et Libero arbitrio, 16, 32 (ML 44, 900): Certum est enim nos mandata servare, si volumus; sed quia praeparatur voluntas a Domino, ab Illo petendum est ut tantum velimus quantum sufficit ut volendo faciamus. Certum est nos velle, cum volumus; sed Ille facit ut velimus bonum... Certum est nos facere, cum facimus; sed Ille facit ut faciamus, praebendo vires efficacissimas voluntati...

¹¹ De Praedestinatione Sanctorum, 8, 13 (ML 44, 971): Haec itaque gratia, quae occulta humanis cordibus divina largitate tribuitur, a nullo duro corde respuitur. Ideo quippe tribuitur, ut cordis duritia primitus auferatur.

¹² SUÁREZ, De Gratia, l. 4, c. 1, n. 13, cita además De Gratia et

Modus autem huius efficaciae aliis locis explicatur ab Augustino et circa illum est tota controversia, ut in sequentibus annotabitur.

5.^a propositio: Haec gratia habet suam efficaciam ab omnipotentia Dei et a dominio quod sua divina maiestas habet in voluntates hominum, sicut et in cetera omnia quae sub caelo sunt.

Haec quinta propositio habet quidem fundamentum in doctrina Augustini, et in rigore est vera. Est tamen diminuta et videtur ambigue proposita. Et ideo accurate declaranda est.

Et in primis, habere hanc propositionem fundamentum in doctrina Augustini, constat ex verbis eius in epistola 107¹³: *Quomodo exspectat Deus voluntatem hominum ut praeveniat eum, quibus det gratiam, cum gratias Ei non immerito agamus de iis, quibus non Ei credentibus et Eius doctrinam voluntate impia persequentibus misericordiam praerogavit, eosque ad seipsam omnipotentissima facilitate convertit ac volentes ex nolentibus fecit?* Idem significat libro [5] *Contra Iulianum*, c. 4¹⁴, dicens: *Habet enim potestatem adducendi et trahendi, ipso Domino dicente: nemo venit ad me nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.*

Ratio etiam est clara. Quia Deus solus potest per sese agere in intellectum et voluntatem humanam; quod provenit ex omnipotentia et dominio, quod Deus habet in animam hominis. Item, efficacia gratiae quid creatum est; ergo necesse est ut sit ab omnipotentia Dei et subsit dominio Eius.

Dico tamen esse diminutam hanc propositionem, quia indicat solam omnipotentiam immediate per seipsam dare gratiae efficaci non solum vim agendi, sed etiam determinationem ad unum, eodem modo quo dat illam ceteris rebus et virtutibus naturaliter operantibus. Quod tamen falsum est, et non habet fundamentum in doctrina Augustini. Nam Augustinus ita tribuit omnipotentiae Dei efficacitatem ad immutandas hominum voluntates, ut tamen semper significet non hoc facere per absolutam potentiam suam nostras voluntates determinando, sed *miris et ineffabilibus modis* illam movendo vel relinquendo. Ita enim loquitur dicto libro 5 *Contra Iulianum*, c. 4¹⁵: *Facit, inquit, haec miris et ineffabilibus modis, qui novit iusta iudicia sua non solum in corporibus hominum, sed in ipsis cordibus operari. Qui non facit voluntates malas, sed utitur eis ut voluerit.* Unde constat in primis non tribuere Augustinum hanc efficaciam omnipotentiae Dei propter solum concursum quem praebet ut causa prima, sed quia *operatur miris et ineffabilibus modis*. Constat deinde non ponere Augustinum hanc efficacitatem Dei in hoc quod per suam potentiam praedeterminet nostras voluntates [*fol. 438r*] ad unum, cum dicat illam omnipotentiam extendi etiam ad volitiones ma-

Liberio arbitrio, 5 (ML 44, 889), *Contra duas epistolas Pelagianorum*, 1, 20 (ML 44, 568s), *De Correctione et Gratia*, 5 (ML 44, 920) y otros pasajes generales. Véase además SUÁREZ, *De Gratia*, 1, 5, c. 43, n. 10s.

¹³ *Epistola 217 ad Vitalem*, 6, 24 (ML 33, 987).

¹⁴ *Contra Iulianum*, 5, 4, 14 (ML 44, 793). Véase SUÁREZ, *De Gratia*, 1, 5, c. 43, n. 12, donde cita otros pasajes.

¹⁵ *Contra Iulianum*, 5, 15 (ML 44, 793).

las, quamvis Deus non faciat illas. Quomodo autem negare posset Deum facere illas, si directe et physice determinat voluntates ad illas? Unde libro *De Gratia et Libero arbitrio*, c. 20¹⁶ eodem sensu dicit *Non solum bonas voluntates quas Deus facit ex malis et a se factas bonas in actus bonos et in aeternam dirigat vitam, verum etiam illas quae conservant saeculi creaturas ita esse in Dei potestate, ut eas quo voluerit, quando voluerit faciat inclinari. Et infra*¹⁷: *Quare non subsistebant per liberum arbitrium, sed per timorem [turbata] voluntate fugiebant, nisi quia Deus dominatur voluntatibus hominum et quod vult in formidinem convertit iratus, utique permittendo vel faciendo ea ex quibus scit formidinem esse consequendam, ut ipse exponit in sequentibus per totum caput 21.*

Igitur addendum fuisset, hanc efficaciam esse ex omnipotentia et sapientissima providentia Dei, quae cum aliquid vult fieri a voluntate humana, potens est illam motionem, inspirationem vel illuminationem adhibere, quam scit esse accommodatam ut effectus infallibiliter sequatur, ut ipse late exponit q. 70 ad Simplicianum¹⁸. Et hanc appellat *vocationem altam atque secretam, quae ita agit sensum, ut accommodet assensum*, epistola 107¹⁹.

Igitur cum in hac propositione fit comparatio inter dominium Dei et voluntatem humanam et cetera omnia quae sub caelo sunt, et efficacia gratiae dicitur esse ab hoc dominio, sicut sunt reliquae causae vel determinationes aut motiones earum, illa particula *sicut* proportionem quamdam vel genericam similitudinem, non propriam seu specificam dicere debet. Est enim Deus supremus dominus voluntatis humanae, potestque illi necessitatem inferre, si velit. Tamen, quando illam movet per gratiam efficacem, non utitur toto hoc dominio et potestate; et quoad hoc non tenet illa similitudo. Et ratio est, quia illa necessitas est connaturalis aliis rebus inferioribus, non tamen voluntati.

Proportio ergo vel similitudo est in hoc, quod sicut Deus ratione sui domini movet ceteras creaturas ut infallibiliter faciant quod vult, ita etiam voluntates humanas. Modus tamen est diversus.

Et hoc etiam pertinet ad omnipotentiam Dei. Nec propter hoc minus est hoc dominium Dei in voluntatem hominis, sed potius quodammodo ostenditur maius. Quia non praedeterminando voluntatem ad unum facit eam facere quod vult, nec solum movet illam per propensionem innatam (sicut res ceteras), sed per motionem et inspirationem superioris ordinis, ut facit in operibus gratiae²⁰.

¹⁶ *De Gratia et Libero arbitrio*, 20, 41 (ML 44, 906).

¹⁷ *De Gratia et Libero arbitrio*, 20, 41 (ML 44, 906).

¹⁸ *De diversis quaestionibus ad Simplicianum*, 1, 2, 13 (ML 40, 118s.).

¹⁹ *Epistola 217 ad Vitalem*, 2, 5 (ML 33, 980): Si ergo ita praepararet atque ita operaretur Deus hominis voluntatem, ut tantummodo legem suam atque doctrinam libero eius adhiberet arbitrio, nec vocatione illa alta atque secreta sic eius ageret sensum ut eidem legi atque doctrinae accommodaret assensum, procul dubio... El pasaje lo alega igualmente SUÁREZ, *De Gratia*, l. 5, c. 5, n. 7. Y a la misma doctrina agustiniana dedicó un capítulo entero en *De Gratia*, l. 5, c. 42.

²⁰ Véase SUÁREZ, *De Gratia*, l. 5, c. 9, n. 6-8 y l. 5, c. 43, n. 13s.

- 6.^a propositio:** Per hanc gratiam secundum Augustinum agit Deus omnipotens in cordibus hominum motum voluntatis eorum, faciendo ex nolentibus volentes, ex repugnantibus consentientes, ex oppugnantibus amantes.
- 7.^a propositio:** Hanc gratiam efficacem secundum S. Augustinum infundit Deus in cordibus nostris per operationem Spiritus Sancti inenarrabilibus et oculatissimis modis.
- 8.^a propositio:** Haec Dei gratia efficax [secreta est] secundum S. Augustinum²¹ [fol. 458v].
- 9.^a propositio:** Haec Dei gratia efficax secundum S. Augustinum est praevia, non pedissequa; datur enim non quia volumus, sed ut velimus. Atque adeo per ipsam efficit Deus nedum ut operemur, sed etiam ut velimus.

Hae omnes propositiones verissimae sunt et in locis citatis²² inveniuntur apud Augustinum, et libro De Praedestinatione Sanctorum, c. 6. 8. 13²³ et sequentibus, et De Dono perseverantiae, c. 6 et 14²⁴, et saepe alias. Solum oportet recte exponere illam propositionem nonam *gratia efficax praevia est, non pedissequa*, utique respectu liberi arbitrii.

Nam quantum ad partem negativam, simpliciter vera est, si recte fiat comparatio. Quia esse pedissequam est esse posteriorem et effectum; gratia autem non est posterior bono usu liberi arbitrii nec effectus eius, sed potius causa.

Prior autem pars affirmans, duobus modis potest intelligi.

Primo quod gratia efficax, quoad sui initium et principium, sit praevia. Et sic non solum est Augustini, sed certissima et de fide. Quia gratia efficax includit auxilium excitans et vocationem

²¹ Completamos esta proposición con el texto que trascribe el Padre Astrain.

²² *Contra duas epistolas Pelagianorum*, 4, 9, 26 (ML 44, 628): Oramus ergo non solum pro nolentibus, verum etiam pro repugnantibus et oppugnantibus. Quid ergo petimus, nisi ut fiant *ex nolentibus volentes, ex repugnantibus consentientes, ex oppugnantibus amantes*? *De Gratia et Libero arbitrio*, 21, 42 (ML 44, 908): *Agit enim omnipotens in cordibus hominum motum voluntatis eorum*, ut per eos agat quod per eos agere Ipse voluerit, qui omnino iniuste aliquid velle non novit.

Contra Iulianum, 5, 4, 15 (ML 44, 793): Facit haec miris et ineffabilibus modis. Véase SUÁREZ, *De Gratia*, 1. 5, c. 42, n. 14.

Epistola 217 ad Vitalem, 5, 17 (ML 33, 985): Recognoscis me, ut puto, in iis, quae nos scire dixi, non omnia quae ad fidem catholicam pertinent commemorare voluisse, sed ea tantum quae ad istam, quae inter nos agitur, de Dei gratia quaestionem, utrum praecedat haec gratia, an subsequatur hominis voluntatem; haec est, ut planius id eloquar, utrum ideo nobis *detur quia volumus*, an *per ipsam Deus etiam hoc efficiat, ut velimus*. Véase *De Gratia et libero arbitrio*, 16, 32 (ML 44, 900) y los pasajes citados en las notas 4 y 10.

²³ ML 44, 968s.

²⁴ ML 45, 999s., 1013s.

congruam, a qua incipit. De fide autem est, excitantem et vocantem gratiam esse praeiviam, iuxta definitionem Concilii II Arausiaci et Concilii Tridentini²⁵. Et ratione huius gratiae vocantis vera sunt cetera quae in nona propositione dicuntur, scilicet Deum operari in nobis ut velimus et non quia volumus, etc.

Secundo vero potest intelligi illa propositio, quod gratia efficax, quantum ad omnia quae includit ut efficax est, sit praevia. Et in hoc sensu non est ita certa propositio, aut quod sit de mente Augustini.

Nam licet illa gratia efficax nihil includat ratione cuius dici possit pedissequa, probabile tamen est includere aliquid in quo est tantum concomitans et non praevia. Et in hoc sensu aliqui catholici negant gratiam efficacem, quatenus talis est ac denominatur, esse praeiviam. Quia praeter gratiam praeiviam, quae est excitans, includit gratiam concomitantem seu cooperantem. Cui dicendi modo videtur interdum favere Augustinus, ut libro De Correptione et Gratia, c. 11 et 12²⁶. Haec dixerim, ut ab omni censura defendatur Molina, si forte constiterit ipsum negare efficacem gratiam, ut sic, esse praeiviam²⁷.

Absolute tamen ego iudico esse Augustini sententiam, et veram, dari gratiam excitantem in suo ordine efficacem, et consequenter praeiviam etiam quatenus efficax est.

Hoc plane sentit Augustinus, cum ait Deum dare vires efficacissimas voluntati²⁸. Has enim vires distinguit ab actu propter quem dantur, et consequenter etiam a concursu seu gratia cooperante, ut talis est. Item cum ait, dari vocationem altam atque secretam²⁹, quae a nullo corde respuitur, quia ad hoc datur ut ipsa cordis duritia penitus auferatur³⁰. Nam similia verba non possunt accommodari ad vocationem ut includit actum ipsum conversionis seu consensus. Quia cum Augustinus ait hanc vocationem non respui, non supponit compositionem actus consentiendi; alias non oporteret illam certam consequitionem attribuere vocationi peculiari et congruae, sed compositioni actus; solum ergo supponit vocationem, et illam esse talem ut qui illam recipit illam non respuat. Denique idem sentit cum ait, Deum miris et ineffabilibus modis sic agere sensum ut accommodet assensum³¹. Nam agere sensum [*fol. 459 r*], praeivium est; accommodare autem assensum, cooperantem gratiam includit et hominis cooperationem liberam. Et tamen illud prius vult Augustinus ita interdum a Deo fieri, ut certissime consequatur hoc posterius. Vult ergo illud prius dari ut efficax; et ideo dicit aliis locis dari congruo modo³².

Quod vero exspectat ad ipsam veritatem secundum se, non est ita intelligenda haec gratia praevia ita efficax, ut ex natura sua sit determinata ad unum; ita ut posita in homine ut praevia est, intrinseca vi et efficacitate physica determinet voluntatem eius ad

²⁵ Véase SUÁREZ, *De Gratia*, l. 5, c. 5

²⁶ ML 44, 933-940.

²⁷ *Concordia*, d. 39 de la edic. de Lisboa, 1588, p. 243; d. 41 de la edic. de Amberes, 1595, p. 171.

²⁸ *De Gratia et Libero arbitrio*, 16, 32 (ML 44, 900).

²⁹ *Epistola 217 ad Vitalem*, 2, 5 (ML 33, 980).

³⁰ *De Praedestinatione Sanctorum*, 8, 13 (ML 44, 971).

³¹ *Contra Iulianum*, 5, 4, 14 (ML 44, 793); *Epistola 217 ad Vitalem*, 2, 5 (ML 33, 980).

³² *De diversis quaestionibus ad Simplicianum*, 1, 2, 13 (ML 40, 119).

unum. Hoc enim repugnat libertati in his qui illam gratiam recipiunt³³. Neque umquam ab Augustino talis modus efficacitatis indicatur, ut patet ex locis citatis et quae alibi fusiùs tractavi³⁴.

Secluso autem hoc modo efficacitatis, videri potest quaestio de modo loquendi, an illa gratia, ut praevia, dicenda sit efficax³⁵. Verumtamen esto hoc ita esset, merito retinendus esset modus loquendi Augustini et magis receptus magisque tribuens gratiae et non repugnans libertati, quam oppositus. Deinde modus ille loquendi fundatus est in re omnino sufficiente ad illam denominationem. Nam cum auxilium dicitur efficax, haec denominatio potest esse mere potentialis, et sic non spectat ad rem praesentem. Nam potentialis efficacia vel est sola vis agendi, et sic communis est auxilio sufficienti; vel est talis vis agendi quae praedeterminet voluntatem ad unum, et sic est nimia et non necessaria, nec possibilis salva libertate.

Potest item illa denominatio esse solum actualis, id est ab actione absoluta, et ut ita dicam de praesenti, ita ut idem sit gratia efficax quod gratia actu efficiens liberum consensum. Et sic non est praevia omnino, sed solum quoad initium, ut in priori sententia dicebatur.

Alio vero modo, quasi medio, potest dici gratia efficax quia infallibiliter effectura et obtentura consensum liberum a voluntate, non quia intrinsece illam determinet, sed quia eo tempore et modo accommodate datur, quo praecognoscitur habitura effectum si datur, et sub hac intentione et proposito datur ut illum infallibiliter habeat. Et hoc sensu vocat Augustinus hanc gratiam efficacem. Et re vera est sufficientissimum et singulare fundamentum talis denominationis. Cur enim dicitur efficax quod actu facit, et non etiam dicitur efficax quod certissime facturum est? Vel cur non dicitur dari ut efficax quod datur ex proposito absoluto, quod frustrari non potest, ut infallibiliter consequatur effectum.

Gratia ergo sic efficax, etiam ut efficax, praevia est. Quia licet in praesentia et intentione vocantis includat habitudinem ad gratiam concomitantem, non tamen includit illam intrinsece et in eodem signo naturae, nec etiam involvit praesentem cooperationem liberam voluntatis, sed praeparat voluntatem ut suum consensum praebet. Quod etiam patet ex illo *praeparatur voluntas a Domino*; quod Augustinus frequenter exponit de praeparatione per hanc singularem vocationem et gratiam efficacem, ut praeparatio praevia est, ut per se constat³⁶. Denique prius natura est, vel etiam tem-

³³ Véase SUÁREZ, *De Gratia*, l. 5, c. 14s.

³⁴ Véase SUÁREZ, *De Gratia*, l. 5, c. 43. Pero la alusión parece referirse a un tratadito inédito, que se conserva en la Biblioteca Universitaria de Granada, con la misma signatura que el documento que aquí editamos, fol. 352r-371r de la numeración nueva, fol. 441r-460r de la antigua: "Quaestio theologa. Utrum ex sententia Augustini detur motio gratiae quae physice voluntatem hominis praedeterminet ad actus supernaturales. Inc.: Ut brevi possimus comprehendere unde sint utriusque partis fundamenta vel index ex doctrina Augustini petenda, adverto in primis duo esse... Des.: licet aliquem modum loquendi habeant, qui fortasse in Augustino non reperietur; quod nihil refert, quando in doctrina est summa consensus".

³⁵ Véase SUÁREZ, *De Gratia*, l. 3, c. 14.

³⁶ *De Correptione et Gratia*, 8, 17 (ML 44, 926); *Epistola 217 ad Vi-*

pore, actum esse futurum, quam actu fieri; ergo prius datur gratia excitans ut infallibiliter effectura, quam actu faciat et fiat concomitans; ergo illa gratia, etiam ut prior et ut praevia, efficax est [fol. 439v].

10.^a propositio: Effectus huius gratiae efficax secundum S. Augustinum est certus et infallibilis.

11.^a propositio: Haec gratia efficax secundum S. Augustinum nec inducit fatum, nec efficit propterea Deum acceptorem personarum, nec tollit praedicationem et correptionem; sed cum libertate humanae voluntatis optime consistit.

12.^a propositio: Haec gratia efficax quod uni detur et non alteri, occultioris iudicii Dei est.

Ex his facile constat, tres proxime sequentes propositiones verissimas esse, et vulgares in sententia Augustini³⁷, et in doctrina catholica. Et ita in his non est dissensio, sed in modo efficaciae, ut explicatum est.

Et quae Molina dicit hac materia non repugnant huic veritati. Nam ille non ex quacumque gratia efficaci, sed ex illa quae natura et vi sua intrinseca ita praeveniret voluntatem ut determinaret illam ad unum, dicit sequi fatum, necessarium, et similia.

Ponderandum etiam est in decima propositione, Augustinum semper uti terminis pertinentibus ad intellectum, ut sunt *certum esse* et *infallibile* effectum huius gratiae efficax; non vero esse *necessarium*, etc. Unde numquam ait, posita hac gratia praevia efficaci, voluntatem non posse illam respuere. Quia nimirum subest infallibili praescientiae conditionatae, et sapientissimae providentiae Dei.

13.^a propositio: Haec gratia est necessaria ad singulos actus.

Haec in primis intelligenda est de operibus pietatis, ut Augustinus passim loquitur, id est conducentibus aliquo modo ad iustitiam et vitam aeternam.

Deinde apud Augustinum inveniatur saepe, gratiam Dei esse necessariam ad singulos actus. At in particulari de gratia efficaci forte non inveniatur apud Augustinum, praevenientem gratiam efficacem esse necessariam ad singulos actus. Semper enim cum loquitur de vocatione illa alta et secreta, loquitur de conversione

talem, 2, 5 (ML 33, 980); *Enchiridion*, 32 (ML 40, 248); *De Gratia et Libero arbitrio*, 16, 32 (ML 44, 900); *De Praedestinatione Sanctorum*, 3, 7 (ML 44, 965); *Contra duas epistolas Pelagian.*, 9, 26 (ML 44, 628), etcétera. Véase SUÁREZ, *De Gratia*, l. 5, c. 5, n. 6.

³⁷ *De Correptione et Gratia*, 12, 38 (ML 44, 940): Subventum est igitur infirmitati voluntati humanae, ut divina gratia indeclinabiliter et insuperabiliter ageretur.

De Correptione et Gratia, 3, 5 (ML 44, 918).

De Correptione et gratia, 8, 17 (ML 44, 926s.); *De diversis quaestionibus ad Simplicianum*, l. 2, 16 (ML 40, 120); *De Dono perseverantiae*, 9, 21 (ML 45, 1.004).

ad fidem vel ad veram paenitentiam. Unde in homine iam iustificato aliqui putant, non esse necessariam specialem gratiam excitantem, nedum vocationem illam, quam Augustinus altam et secretam vocat, quamque solam appellare videtur gratiam praeiviam efficacem.

Nihilominus propositio, ut iacet, mihi placet. Non solum si intelligatur de gratia cooperante, quo sensu est certissima, sed etiam de excitante seu vocante, tam ex mente Augustini, quam ex re ipsa³⁸.

Quia nullum opus pietatis fieri potest sine cogitatione sancta et inspiratione divina congruo tempore data. Et haec est gratia efficax praeiviam. Utrumque autem planum est in doctrina Augustini, facileque convinci potest discursu et ratione.

14.^a propositio: Haec gratia nullis nostris meritis redditur, sed gratuita bonitate donatur. Nullum enim nostrum bonum meritum illam, nec illius initium antecedit.

Haec debet intelligi de prima vocatione congrua ad fidem, vel ad actum primum supernaturalem. Et ita est certissima, et vulgaris apud Augustinum³⁹. Et hoc tantum probat ratio, quae in ipsamet propositione insinuatur.

At vero loquendo de gratia efficaci [fol. 460r] in universum, ut includit excitationem efficacem ad posteriores actus et fructus iustitiae, non est dubium quin aliqua possit cadere sub merito saltem impetratorio, seu de congruo. Quia actus procedens ex priori gratia excitante simul cum comitante, potest impetrare aliam excitationem ad actum subsequentem; et hic potest mereri aliam, et sic deinceps.

Quae doctrina est consentanea Augustino in Enchiridion c. 32⁴⁰ dicenti: *Praecedat bona voluntas hominis multa Dei dona, sed non omnia. Nam utrumque legitur in sacro eloquio: Misericordia Eius praeveniet me; et: Misericordia Eius subsequetur me. Nolentem praevenit, ut velit; volentem subsequitur, ne frustra velit.* Haec ergo posterior gratia, quam Augustinus vocat subsequentem respectu prioris, re vera est excitans respectu operis quod per illam intenditur; est etiam efficax, quia datur ut voluntas impleatur et non frustra velit. Quamquam ergo haec gratia efficax non possit cadere sub merito illius operis cuius ipsa est principium, tamen quia respectu prioris voluntatis bonae est subsequens et supponit aliam praevenientem gratiam efficacem, non repugnat quin cadat sub aliquod meritum.

Propositio ergo vel intelligenda est formaliter de gratia praeiviam comparata ad opus ad quod datur, vel melius de prima gratia excitante efficaci; quae ex nullo merito procedit, quia nullum potest supponere. Et haec plane est mens Augustini.

15.^a propositio: Donum perseverantiae est singulare Dei quoddam donum, non omnibus commune, per quod fit ut perseveret in bono quis usque in finem.

³⁸ Véase la exposición que hace SUÁREZ, *De Gratia*, l. 5, c. 2 y 3; y l. 3, c. 8.

³⁹ Véanse los pasajes citados de las obras contra el Semipelagianismo.

⁴⁰ *Enchiridion*, 32 (ML 40, 248).

Clara est Augustini, De Correptione et Gratia c. 11 et 12, et toto libro De Dono perseverantiae⁴¹.

Immo est definitio Concilii Tridentini.

Nec indiget speciali animadversione, praeter ea quae dicta sunt.

J. A. DE ALDAMA, S. I.

⁴¹ *De Correptione et Gratia*, 11 y 12 (ML 44, 933-940). *De Dono perseverantiae* (ML 45, 993-1.034).